

I A R S E Y & G A R N S E Y.

Caſarea.



Is subeft ad Meridiem CÆSAREA ab Antonino memo-
rata, vix duodecim mille paſſus diſſita, quam Galli nunc
ita contraxerunt, ut Cæſaris
Burgum in Normannia, & Hi-
spania Cæſar-augſtam in His-
pania, Gearzeſy enim illi indigi-
tant, ut Cherburgh pro Cæſaris buſgo, Saragoſam pro
Cæſar auguſta dicunt. Gregorius Turonensis vo-
cat Insulam Maris quod Conſtantiae civitati adjacet, u-
bi narrat quomodo Prætextatus Episcopus Ro-
thomagensis huc relegatus erat, ut Papirius Maſ-
ſoniſ Insulam littoris Conſtantini vocat, quod Con-
ſtantiae antiquæ urbi objacet, quæ Ammiano
CAſTRA CONſtantIA dici videantur, &
superioribus ſæculis Moritonium. Scribit enim Ro-
bertus Montensis, Comes Moritonii, id eſt, Conſtan-
tiarum, ſi illud non ſit à librario, Moritonium enim,
quod nunc Mortaigne, longius à mari abeft.

Insula hæc triginta plus minus mill. paſſ. ambi-
tu colligit, cauſibus & brevibus (quæ vadoſa ſunt
loca navigantibus inſidiosa) deſenſa. Terra ſatis
 fertiliſ, variis frugibus & gregibus abundat, oves
 habet multas, & ex iis plurimas quatuor cornibus
 conſpicuas. Cœlo admodum ſalubri, nec aliis
 morbis quam febribus mene Septembri (quas
 quidem Settembers vocant) obnoxio, adeo ut me-
 dicas h̄c nullus locus. Cūm autem exiguum ignis
 alimentum ferat, pro lignis alga marina (Vraic
 vocant) utuntur. Quæ Fucus marinus Plinii eſſe
 judicatur, atque ſcopulosis circumquaque inſu-
 lis & rupibus copioſiſiſiſe provenit. Hæc ſole ſic-
 cata pro igne eſt, & cujus cinere tanquam mar-
 ga, & terra adipe agros vervactaque laetificant,
 uberrimaque faciunt. Nec licet hanc niſi tem-
 pore verno & æſtivo colligere, idque diebus à
 magistratu indicitis. Quo tempore festiva qua-
 dam laetitia ad littora undique cum ſuis carriſ
 confluunt, & ad rupeſ vicinas ſuis lembiſ certa-
 tim confluunt. Sed quod hujus generis à mari
 ejicitur, pauperculis in ſuum uſum colligere li-
 cet. Interiora inſulæ leviter collibus intumeſ-
 ſcunt, ſub quibus amœnæ valles rivuliſ rigatæ
 ſubſternuntur, fructiferis arboribus & pyris eſ-
 quibus potum conſiſiant, conſiſtæ. Villiſ fre-
 quens eſt, Parceciis duodecim diſtincta, & com-
 modis undique ſtationibus ſinuata, inter quas ſe-
 curiſſima eſt in Australi inſulæ parte inter oppi-
 dula S. Hilarii, & S. Albani, quæ ſuam habet in-
 ſulam præſidio munitam omni aditu circumciſam
 in qua S. Hilarius Pictavensem Epifcopum hu-
 relegatum ſepulturæ traditum ferunt. Oppidum
 enim ejus nomini ſacrum eſt regione hujus inſulæ
 primarium cenſetur oppidum, tum ratione em-
 porii, tum fori judiciarii quod ibi ſtatuitur. Ad
 Orientale latus qua Conſtantiam urbem ex ad-
 verſo proſpectat, præruptæ rupi caſtrum affigitur
 munitiſſimum elato nomine Mont-Orgueil, quod
 plurimum Henr. V inſtauratori debet, cui cum
 præſidio præſt qui universæ inſulæ præſicitur,
 qui olim Cufos Inſula dictus, & regnante Hen-
 ri co III, c c libras ſingulis annis accepit. Ab Au-

stro, ſed longiori intervallo cernitur S. Malo, à Ma-
 clovio viro ſummae sanctitatis novo nomine ad-
 ſumpto, cum prius Civitas Diabluntum diceretur,
& in Notitia antiqua ALETVM, in manuſcri-
 pto enim Iſidori Mercatoris expreſſe legitur, Ci-
 vitas Diabluntum quæ alio nomine Aletum. Incolæ pi-
 ſcationi, ſed in primis agriculturæ ſtrene incum-
 bunt, mulierculæ autem tibialibus texendis quæ
 Iarſey Stockes vocamus, magnum ſane quæſtum
 faciunt.

Quod ad Politiam ſpectat, Gubernator à Rege
 Angliæ miſſus ſummuſ eſt magiſtratus, ille Balli-
 vum conſtituit, qui cum duodecim Iuratiſ aſfeſo-
 ribus eſt ſingulis duodecim parceciis, Parochiano-
 rum ſuffragiis ſelectis, in ciuilibus juſ dicit: in
 criminalibus cum ſeptem ex juratiſ: in cauſis ex
 æquo & bono cum tribuſ.

Viginti hinc millariibus ad occaſum æſtivum
 altera abeft inſula, quæ Antonino SARNIA, no-
 bis hodie Garnſey appellata, cytharæ quaſi forma
 ab Ortu in Occaſum projecta, Caſarea quaſi dixi,
 nec magnitudine nec fœunditate adæquanda,
 parceciis enim tantum decem habet. In hoc ta-
 men præferenda, quod nihil venenosum, ut illa,
 alat. Naturæ munimentis tutior, utique præru-
 pta cautium corona redimita, inter quas Smyris
 lapis duriſſimus, & asperriſmus reperitur (nos
 Emeril vocamus) quo gemmarii lapides expur-
 gant, ſcinduntque, & vitriarii vitrum diſſindunt.

Portus etiam commodity, mercatorumque
 commeatu multò eſt celebrior. In extrema enim
 ferè ad Ortu parte ſed australi latere, lunato
 ſinu portus admittitur magnarum navium ca-
 pax, cui adſidet oppidulum Sancti Petri longa pla-
 tea & anguſta productum, bellico apparatus ple-
 num; & mercatoribus cum bellum ingruit, fre-
 quentiſſimum. Veteri etenim Regum Angliæ
 privilegio perpetuæ h̄c ſunt quaſi inducia &
 Gallis aliisque quauiſ bellum exardecſat, ul-
 tro citroque huc ſine periculo venire, & commercia
 ſecure exercere licet. Portus aditus qui ſatis ſco-
 puloſus utrinque caſtriſ munitur, ad ſinistra-
 vetus eſt caſtellum, ad dextram alterum (Cornet
 vocant) eſt regione eminent in rupe ſatis edita, &
 accedente æſtu mari circumfluua. Quod regnante
 Maria, Leonardus Chamberlan Eques auratus, &
 inſulæ Præfectus, nuperque Thomas Leighton ſuc-
 ceſſor novis operibus firmari curarunt. In hoc
 enim plerumque agit inſulæ Præfectus & milites
 præſidiarii qui Gallos & fœminas nullo modo in-
 gredi patiuntur. Ad Aquilonem peninsula adne-
 ñitur La-val, quæ ſuam habuit religiosorum
 conuentum, ſive Prioratum. In Occidua parte
 juxta mare lacus eſt qui ambitu mille quingentoſ
 paſſus colligit, pifcium fœundus, ſed in pri-
 mis carporum, qui ſua magnitudine, & delicate-
 ſapore admodum laudati. Incolæ non adeo gna-
 vi ut illi Iarſey in ſolo colendo, verum navigan-
 do & mercaturam exercendo incertiori lucro
 deſiſtant. Terram autem ſuam ita quilibet ſeori-
 ſim colere gaudet, ut tota inſula in portiunculas
 ſeptis diuidatur, quod illi non ſolum emolumen-
 to, ſed etiam firmamento contra hostes habent.

A a a a a a Vtra-

Aletum.

Sarnia.

Garnſey.

Cranona
forē liter-
ris tranſ-
poſitis
quaſi in
tractu Ar-
morica
memorat
Notitia.
Smyris la-
pis.

Portus
S. Petri.

Libertas
tempore
belli.

Castle
Cornet.

Vraic.
Fucus
marinus.S. Hilari-
rus.Mont Or-
gueil. i.
Mons ſu-
perbus.